



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 55. Summi Pontificis anxietas & labor propter hosce motus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

siam Varsaviam properantem, cum Sæc. XVII.
hunc a Sueco in novum Regem expeti A.C. 1704.
nossit, rapi jussit, & in Saxoniam ab-
duci: Ne vero hac severitate cetero-
rum animos exulceraret, in præfatis
comitiis literas prælegi præcepit, qui-
bus Cardinalis Primas & Princeps Ja-
cobus necnon præcipui Nobiles contra
Regem fœderati omnia extrema moliri
convincebantur. His auditis Regi fa-
ventes ad ejus defensionem bona & vi-
tam obtulerunt, Moscoviae etiam Dux
datis ad comitia literis se Augusto Regi
omnibus viribus adfuturum spopondit.
Inde vero magis exacerbati Poloni re-
belles, diploma querelis, & convitiis
contra Regem scatens promulga-
runt, cui tamen Rex aliud, quo suam
innocentiam, jusque egregie vindica-
bat, opposuit: nihilominus fœderati
Sueco pacis conditiones omnino ac-
ceptas eique proficuas obtulerunt, quas
tamen ipse, donec Rex omnino ex-
auctoratus esset, acceptare recusavit,
interim vero Elbingam, Thoronium &
Maimburgum subjugavit.

§. LV.

*Summi Pontificis anxietas & labor in
hifice motibus.*

Inti-

Sæc. XVII. Intimo doloris sensu perceperat Cle-
A. C. 1704. mens Pontifex violenta hæc Polono-

rum molimina; præprimis ergo ipsum Augustum Regem datis die prima Aprilis ad eum literis enixe rogabat, ut ambos Sobiesckii Regis Filios pristinæ libertati redderet, partim quod Jacobus in tenera sua ætate jamjam ad Vienam Turcis eripiendam Regi Patri suo strenuam dedisset operam, partim quod ejus Mater Maria Casimira Regina Vi-
dua Romam pietatis suæ exemplis il-
lustrans, summo mærore afficeretur:
hanc in rem pariter Pontifex die quinta
eiusdem Mensis literas dedit ad Car-
dinalem Primatem, qui jam sexta Martii
die, se vacantis Regni interim clavum
assumere coactum fuisse, Pontifici si-
gnificabat. Hic vero publicam salu-
tem, religionemque Catholicam ex-
tremo periculo exponi veritus, Regi,
Primati, Archiepiscopis, Episcopis, Se-
natoribus, Equitibusque Polonis die
sexta Junii rescripsit, quod quemdam
Cardinalem tanquam Legatum a Latere
in Poloniam mittere decreverit, qui ea,
quæ ad conciliandam concordiam apta
censuerit, Pontificis nomine procura-
ret. Dein Cardinalem Primatem de iis,
quæ ipso potissimum, & Episcopo Pos-
naniensi auctoribus, in Varsaviensibus
comitiis adversus Regem attentata fue-
rant,

rant, acriterque increpans, eidem sub Sæc. XVII.
obedientiæ præcepto injunxit, ut infra A.C. 1704.
trimestre Romam accedat, censuras &
poenas a S. Canonibus constitutas, ni
pareret, subiturus. „Ad intimi, re-
„scribebat Pontifex, doloris nostri aug-
„mentum constanti fama præter om-
„nem expectationem nostram perlata
„fuere, quæ in ultimis apud Varsa-
„viam Comitiis (si tamen hoc nomine
„digna sunt) perperam acta, seu ve-
„rius attentata sunt. Decebat sane
„Ecclesiasticum Virum, decebat Anti-
„stitem, decebat maxime hujus S.R.E.
„Cardinalem Pontificis potius, qui
„Christi vices in terris gerit, quam ex-
„teri, atque etiam heterodoxi Princi-
„pis vocibus auscultare, optatamque
„Reipublicæ tranquillitatem, quæ non-
„nisi salva Catholica religione constare
„potest, ab ejusdem Religionis hosti-
„bus non emendicare. Nos quidem
„pro commissa Nobis universarum Christi
„ovium sollicitudine, Paternaque, qua
„omnium Catholicorum Regnorum pa-
„cem, felicitatemque curare tenemur,
„Charitate, nihil omisimus, quo im-
„pendentia Reipublicæ vestræ mala a-
„vertere satageremus: quid enim po-
„tuimus sacere, & non fecimus? Tu
„autem contra, qui Nobis jungi debue-
„ras, propositasque in literis nostris
„com-

Sæc. XVII., commodas ineundæ publicæ pacis ra-
A. C. 1704., tiones ultro amplecti, Deumque in
 „primis publice a Nobis indictis preci-
 „bus toti Regno propitium conciliare:
 „Muneris tui, ac dignitatis oblitus, ad
 „ea potius conversus es sequenda con-
 „filia, quibus per populorum scissuram
 „extrema expectari possit universi Re-
 „gni, imo & Religionis pernicies; id
 „vero quanto totius Christianæ Rei-
 „publicæ scandalo, quanto nominis
 „tui dedecore, quanta Ecclesiastici Or-
 „dinis invidia (nisi Deus averterit)
 „eventurum sit, nec Nos explicare pro-
 „dignitate possumus, nec tu forte fa-
 „tis intelligere. Quis enim probus, ac
 „vere Catholicus sine indignatione au-
 „diat hæc omnia, tanto cum Regni
 „periculo Hæreticorum armis in Pa-
 „triæ inductis, Sacerdote Dei Epi-
 „scoporum Regni Primate, Romana-
 „que insuper Purpura condecorato non
 „assentiente solum, sed authore, ac
 „Duce patrata fuisse, illaque Romano
 „nequidquam reclamante Pontifice,
 „imminentemque Regno cladem, ac
 „religioni probrum, exitiumque frustra
 „obtendente: scilicet Regni malis, te
 „judice, occurri non poterat, nisi Hæ-
 „reticorum arbitrio a primo Regni Sa-
 „cerdote Respublica committeretur &
 „firma, solidaque pax, quæ Christo in
 „ter-

„terras veniente nunciata, ad cælos sæc. XVII.
 „ascendente relictæ est, ab hetherodo- A.C. 1704.
 „xis hominibus malæ voluntatis, &
 „Ecclesiæ Christi hostibus unice ex-
 „pectanda erat?..

Pariter Pontifex Regi significabat, quod hunc Cardinalem, ut eo absente facilius turmæ sedarentur, Romam evocarit, ceteros vero Poloniæ Præsules, Senatores, & Equites commendavit, eoquod ea, quæ paucorum Ecclesiasticorum Hæreticis faventium studio Varsaviæ contra Regem gesta fuere, damnarint, Regiamque caussam strenue defenderint. Verum Cardinalis Romam venire haud consultum censuit, Episcopus vero Posnaniensis opera Egonis Principis de Fürstenberg per Horatium Philippum Lucensem Episcopum Sedis Apostolicæ Nuntium Romanum perductus est, eoquod Poloniæ Rex ipsius caussam Pontificis judicio cognoscendam, definiendamque reliquerit, propterea a Papa summis laudibus honoratus.

§. LVI.

Electio Stanislai in Poloniæ Regem.

Voll. Hist.
Equidem hæ Pontificis literæ apud *du Cart. XII.*
 Episcopos, Senatores & Equites *lib. 2.*
 tantum valuere, ut Polono Regi faven- *Gottfrid.*
 tes *Hist. Cont.*
lib. 14.